



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Basileus Ep. Mart. 26. April.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

264 VITÆ SANCTORUM. 26. April.

S. BASILEUS EP. MART. 26. April.

SCelus heu ! ingens , juventus . Tuis manibus tuam occidis , eheu ! toties castitatem , cùm olim virti sancti occidere pro alienâ non dubitarint . Prodeat B A S I L E U S , & dum pro alienâ pudicitâ pugnat , pugnare pro nostrâ nos doceat . Erat Licinio Imperatori in Parthenone virgo , virginis nomen Glaphyra , addicetissima Christo & castitati . Huic insidias tyrannus Cupido per alterum tyrannum Licinium moliebatur . Glaphyra ab amore docta fugere , ipsa quoque alas assunit , & ad Episcopum B A S I L E U M abit . Sed nihil latet cæcum licet Amorem . Proditur virgo apud Imperatorem , & unâ virginis custos Pontifex , & jubet utrumque vinculum adduci Licinius . Commodum Glaphyra morte beatâ vincula effugit , sed subit B A S I L E U S vas pretiosi pudoris . mox jubetur aut fidem aut caput ponere . Nec multum ille apud animum suum deliberat , abjicit caput , ut fidem servet . Utrumque & caput & truncum corpus seorsim in mare proturbant carnifices . Sed qui aut corpus aut caput Martyris periret , si neque unus ex hoc capillus est periturus ? Angelus Elpidophoro viro Christiano in cælis animum B A S I L E I , in undis corpus monstrat . Ergo illi

cuna

27. April. VITÆ SANCTORUM. 265
cum pescatoribus ita convenit, ut quid-
quid demum prehensum id loci verricu-
lo esset, suum esset. Mox B A S I L E U S
extrahitur, non jam minutus capite,
sed planè integer. Una tantum & illa
rubea linea ornabat, non inficiebat cer-
vicem, ut Glaphyra è Servatoris sui col-
lo præmium, monile hoc videatur sus-
pendisse. Ex Surio.

Habet acies Christiana potentes munitio-
nes & arma vicitria; Deo scilicet in-
struente milites suos, ut spiritu veritatis
mansuetudo iram, largitas avaritiam,
benignitas extinguat invidiam. S. Leo
ferm. 7. de Jejun. 10. Mensl.

S. SITA VIRGO. 27. Aprilis.

P Ropæ Lucam in Hetruriâ nata S I T A
servitutem Fatinellorum familiæ, i-
mò verius egenis servivit. Nam his ferè
stuum victum cessit, & quod unum in
servâ supererat opis, pro mendicis quo-
tidie apud dominos mendicavit, præcla-
ram mercaturam dictitans (& mercato-
res erant) ingens cælum tantillo emere.
Et verò liberali dextræ, cùm nihil a-
liunde suppeteret, Numen suggestit. Ita
sipienti rogatori cum aquam se porrexisse
crederet, vinum propinavit. Alteri
cùm fabas vendendas gratis dedisset, ni-
hil tamen dominus superveniens abef-
se comperit, mensuram cælo, ut promi-
serat,

R 5

serat,